Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Rystarowski Baranieckie go Quietat.

911

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Joannes Rytarowski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet seum successores, ac bona sua generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyciendo, palam libere, publice ac perexpressam recognouit. Quia ipse suo et Nobilium Samuelis Rytarowski filij sui Basily Bereznicki, Joannis Woytkowski Stephani et Hrehorij atq[ue] Joannis Bereznickich, pro quorum ratihabitione cauet, et se praesentibus insinbit nomine Nobilem Lucam Baraniecki et ipsius postoros de causa et actione officiona per se Recognoscentem, cumet alios superius specificatos eidem Nobili Lucae Baraniecki, ratione per ipsum fundorum et pascuorum praefatorum Nobilium Bereznickich proprium in Villa Bereznica fluuio Dniesto adiacentium tempore in processu causae specificato, cum armis et inarmis framets bombardisq[ue] breuioribus et longioribus puluere sulphureo et globis plumbeis infarctis superinequitationis

+

et incusationis, Nobilis olim Martini Rytarowski sui Recognoscentis filius, prius Strictis framerus, adorrionis, deinde consauciationis, ac conuulnerationis, ac denum occisionis, interemptionis, aliarumque Violentiarum et iniuriarum illationis et perpetrationis, processu Causæ istius fusius præmissa enarrante et obloquente, ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense instituta et intentata, tum de Decretis quibusuis ea in causa prolatis nec non de protestationibus præsentationibus, Vulnerum obductionibus, atque de omnibus in Vniversum prætensionibus, ad diem actus hodierni interuenientibus ob sufficientem et plenariam satisfactionem quantum pro parte et interesse eiusdem suprascripti Nobilis Lucæ Baranieczki tantum modo et non Vltra spectat et pertinet, quietat emittit dimittit liberumque et absolutum facit et perpetuo pronuntiat Causam eandem et actionem officiariam, tum et Decreta quæuis, atque protestationes præsentationes, obductiones Vulnerum omnesque prætensiones ad diem actus hodierni interuenientes quo ad interesse solummet suprascripti Nobilis Baranieczki in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat sibi suisque posteris perpetuum imponendo silentium salua Nihilominus eadem Causa et actione officiaria cum aliis inculpatis in processu Causæ eiusdem specificatis sibi Recognoscenti præfatisque personis pleno in vigore reseruata et præcustodita.

Sabbatho